Band V., Nr. 1417, Seite 181-182

Graf Wolfrad von Veringen übergibt einen ihm und seinem Oheim dem Grafen Mangold von Nellenburg vom Kaiser zu Lehen gehenden, dem Reichskämmerer Heinrich von Biegenburg als Afterlehen verliehenen Hof zu Überlingen an das Johanniterspital, wofür Güter zu Vorsee und Haggenmoos als Lehen bezw. Afterlehen substituirt werden.

Wollmatingen, 1257.

In nomine domini. Universis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis W. dei gratia comes de Veringen salutem in eo, qui est vera salus omnium, cum noticia subscriptorum. Ne labantur cum tempore que geruntur in tempore, merito scripturarum armariolo concluduntur. Vestre igitur universitati presenti serie litterarum decrevimus intimare, quod quandam curiam sitam in villa V̊berlingen, qua nos et M. comes de Nellinburhc patruelis meus a manu imperatorie dignitatis fuerimus infeodati, quam etiam a nobis tali iure feodali H. imperialis aule chamerarius de Bigenburch detinebat, sancte domui hospitalis Ierosolemitani precibus iam dicti de Bigenburch et fratrum prefate domus annuentibus sine qualibet contradictione tradidimus iure perpetuo possidendam. Preterea cum fratres predicte domus auctoritate imperiali talem habeant iuridicionem, quod omnes vasalli et ministeriales imperatorie maiestatis nec non et ducis in Sweuia proprietates possessionum suarum simul et feoda ab utriusque dignitatis potentia detenta memorate sancte domui hospitalis Ierosolemitani libere valeant assignare, insuper ne magnificentia imperatorie maiestatis suis in vasallis vel feodis aliquod sentiat preiudicium vel gravamen, predictus H. de Bigenburhc proprietates bonorum suorum in Vorhse et in Habizmus[1] prefate domui conferebat hoc adiecto, quod nos et M. comes de Nellinburch patruelis meus eadem bona ratione feodali debemus a manu imperatoria detinere et sepedictus de Bigenburch a nostre manus potencia tali iuridictione debeat infeodari.

 Acta sunt hec anno dominice incarnationis M^{O}. CC^{O}. L^{O}. VII^{O}., in villa Wolmetingen, presentibus viris honestis et personatis: W. comes iuvenis de Veringen, C. pincerna de Winterstetin, H. de Ravensburhc, Manegoldus de Sowenburhc et filius eius Ma., Bur. de Tobel, Hogir de Engirdewilar[2], W̊lricus dictus in Harena,

[1] Haggenmoos.
[2] Wohl Engetsweiler.

II

C. iuxta Maccellum[3]. Hii sunt testes traditionis comitis Wolf. de Veringen. Testes autem subscripti sunt assignationis: H. de Bigenburhc, frater Iohannes de Ravensburhc, F. miles de Stowfinegge, H. de Ravensburhc, C. et V̊l. et R. pincerne de Smalnegge, C. senior et C. iunior de Hasinstein[4], C. et H. de Růoti[5], Bur. de Tobel. Ut autem hec rata et inconcussa permaneant, nostro sigillo[a] et sigillis H. de Bigenburhc et H. de Ravensburhc, C. pincerne de Winterstetin fecimus communiri.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

 Von den vier Siegeln fehlen die beiden ersten, es hängen noch an: 3) Das runde Siegel des Ausstellers, 58 mm (IV. A. 2): In einem von Sternen, Kleeblättern und Lilien als sphragistischen Beizeichen begleiteten, nahezu dreieckigen Schild mit abgestumpften Ecken drei Hirschstangen mit je vier Enden quer linkshin übereinander; von der Umschrift noch erhalten: + SIGILLVM . COMITIS . . . . N, vgl. die Abb. in Mitteilungen des Vereins für Geschichte und Altertumskunde Hohenzollern 1 (1867/68) - 63 (1932), 2 (1868/69), Tafel 1, Nr. 1. 4) Das schildförmige Siegel des Heinrich von Ravensburg, an den Seitenrändern sehr verletzt, 53 mm hoch (IV. A. 1): Ein stehender, mit dem Gesicht vorwärts gekehrter Löwe bzw. Leopard und unter demselben ein Kreuz; von der Umschrift noch erhalten: + S*igillum* . H . . . ICI . DE . RA . . . RC.

[a] In der Vorlage ein leerer Raum, auf welchem etwa zwei Wörter Platz gefunden hätten.

[3] Der auch in Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 1 (1850) - 39 (1885), N.F. 1=40 (1886) - [...] 35 (1883), S. 337 und 434, genannte *Cunradus retro Maccellum*, *Cunradus dictus hinter der Mecij* (Metzig) wie der vorgenannte *Ulricus in Harena* Konstanzer Bürger. An dem Wort *Maccellum* ist übrigens korrigiert, ursprünglich stand nur ein *c* und dahinter ein wieder gelöschtes, wohl zu früh geschriebenes *l*, das zweite *c* ist erst über der Zeile eingesetzt.

[4] Nicht identifiziert.

[5] Wohl Reute, früher Gem. Esenhausen, jetzt Gem. Wilhelmsdorf, RV.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:
GLA Karlsruhe

Signatur/Titel des Originals:
2/2329

Editionen:
Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 1 (1850) - 39 (1885), N.F. 1=40 (1886) - [...], Bd. 29, S. 133.

Weitere Angaben

Sprache:
Lateinisch

Ausstellungsort:
Wollmatingen

Aussteller:
Wolfrad; Graf von Veringen

Ortsindex:
Blitzenreute : Fronreute RV
 Blitzenreute Wohnplatz (20992)
 Engetsweiler Wohnplatz (20361)
 Engetsweiler, Wangen im Allgäu, RV
 Großtobel, Berg, RV, A
 Haggenmoos Wohnplatz (19394)
 Haggenmoos, Boms, RV
 Hasinstein
 Kleintobel Wohnplatz (19237)
 Kleintobel, Berg, RV
 Nellenburg Wohnplatz (14664)
 Nellenburg, Stockach, KN
 Ravensburg Wohnplatz (20120)
 Ravensburg, RV
 Reute Wohnplatz (20585)
 Reute, Wilhelmsdorf, RV
 Schmalegg : Ravensburg RV
 Schmalegg Wohnplatz (20127)
 Schomburg Wohnplatz (20507)
 Schomburg, Wangen im Allgäu, RV
 Staufeneck Wohnplatz (813)
 Staufeneck, Salach, GP
 Veringenstadt SIG
 Veringenstadt Gemeinde (21373)
 Vorsee Wohnplatz (20663)
 Vorsee, Wolpertswende, RV
 Winterstettenstadt : Ingoldingen BC
 Winterstettenstadt Wohnplatz (17302)
 Wollmatingen Wohnplatz (14458)
 Wollmatingen, Konstanz, KN
 Überlingen Wohnplatz (18447)
 Überlingen, FN